

tu scilicet; sumque actuum illorum, qui nominis id velle veniunt, domibus, caussa, arbitrio. Puffendorffius (l. de hom. c. 11.) intrinseca voluntatis indifferencia per extraneum aliquid medium penitus extirpari nequit; ideoque eo firmiter tenendum est, quod, ista sublata indifferencia, actionum moralium humanitas funditus simul tolleretur.

68. Sensus aperitur, quem habere possunt illa testimonia, quatenus ab hereticis hominibus prodierunt.

168. Et tamen, quis crederet? nihil minus, quam istorum suffragium, catholice causam iuvat; cuius quia re penitus inspecta deprehenduntur talia proloquio de humanis actionibus, aut externis tantum & civilibus, aut mere naturalibus. Ubi enim de vera morum honestate, ac de supernaturali operum iustitia disquisitioni instituitur, longe alio utuntur idiomate, quia videlicet deserere nolunt forum Prodomorum, ac propriarum Sectarum pleudotheologiae syntagmata de humano arbitrio, de peccato originali, de carnali concupiscentia, de merito, deque aliis controversis Articulis. Hinc Cl. P. Ignatius Schvvarzius (tom. 1. Infr. Jur. Publ. par. 1. tit. 1. infr. 1.) postquam relatum Puffendorffii textum lampyridum luce fulgentem expendit, hæc subdit: *Epsi admittat libertatem indifferencia in ordine ad imputabilitatem actionum in foro externo, spectato saltem merito naturali; negabis tamen spectato merito supernaturali, sola fide in Christum cum Lutero suo contentus.*

69. Ex notis erroribus circa liberum arbitrium potissime, quos damnavit Concilium Tridentinum, aut rem esse de solo titulo, immo titulum sine re; sicutum denique a Sabana invecum in Ecclesiam, anathema sit (can. 5.) Si quis dixerit, non esse in potestate hominis vias suas malas facere, sed mala opera, ita ut bona Deum vinciant, non permittit solum, sed etiam proprie & per se, adeo ut sit proprium eius opus, non minus proditio iude, quam vocatio Pauli, anathema sit (can. 6.) Hæc omnia nonnulli contra eadem Novatores statuta fuisse, nemo ignorat; igitur iuxta ipsos consequens est, voluntatem humanam eadem prorsus libertate, quæ naturæ dicitur, nunc vestitam, nunc exspoliatam esse pro varia actionum civilium vel moralium, naturalium vel supernaturalium indoles: quod est omnino molli genus.

170. Referatur censura, qua Angelicus Doctor perstrinxit opinionem negantium libertatem indifferencia.

170. Sermonem de Libertate absolvamus profereudo gravissimum simulque verissimum iudicium, quod de precibus ejusdem coloribus & impugnatoribus efformavit D. Thomas (Q. Disp. q. 6. de Elect. Hum. ar. 1.) ut hinc etiam clarescat, haud injuria factam Augustinus a C. P. Antoine exprobrationem illam, quam (n. 151.) jam retulimus. Quidam posuerunt, quod voluntas hominis ex necessitate movetur ad aliquid eligendum, nec tamen ponciant, quod voluntas egeretur, quia non omne necessarium est violentum, sed solum id cuius principium est extra. Hæc autem opinio est hæretica, quia tollit rationem meriti, & demeriti in humanis actibus; non enim videtur esse meritorium vel demeritorium, quod aliquis sit ex necessitate agi; quod vitare non possit. Est etiam annueranda inter extraneas Philosophia opinionis, quod non solum contrariatur Fidei, sed subvertit quoque omnia principia Philosophia Moralis: si enim non sit liberum aliquid in nobis, sed ex necessitate movetur ad volendum, tollitur deliberatio, exhortatio, præceptum, & punitio, & laus, & vituperium, circa quæ Moralis Philosophia consistit. Ad huiusmodi autem positiones ponciant induci sunt aliqui homines, partim quidem propter proterviam, partim propter aliquas rationes sobolificas; quas solvere non poterunt.

ARTICULUS QUARTUS.

De Involuntario ejusque Causis.

SECTIO I.

De Involuntario.

171. Quamvis Voluntario accurate jam perfectio, facillimum sit efformate notionem Involuntarii, quippe ex veteri proloquio oppositorum opposita sunt rationes; attamen consultum arbitror specialem de isto inscribere disquisitionem, ut plana nobis aperiat via explorandi causas singulas, quæ involuntarium ipsum progignere valent in humanis actionibus. A nonnullis dicitur esse omne id cui deest aliquid ex requisitis ad voluntarium, verissime; at quisquis solum tenet involuntarii vocem, totum id jam comprehendit. Magis nos cruditer tradita ab Aristotele definitio, qui (l. 3. Eth. c. 1.) involuntarium ait esse, quod sit volens, vel ignorantia. Cum enim voluntarium ex eodem Philosopho duo necessario complectatur (n. 121.) intellectus cognitionem, & voluntatis inclinationem; hinc conficitur involuntarium illud esse, quod evenit vel citra cognitionem, vel contra inclinationem, adeoque vim, & ignorantiam inducere involuntarium; cognitioni namque adversatur ignorantia, & vis inclinationi.

172. Exinde nobis duo simul innoscunt, nempe & primaria divisio, & duplex causa involuntarii. Itaque involuntarium aliud est per violentiam, aliud per ignorantiam. Per violentiam illud agitur, ex eodem Aristotele, cujus principium exta est, atque id ejusmodi est, ut nihil adjumenti adferat ei, qui agit, aut patitur; ut dum, deis quibus multo me robustior, apprehensa manu mea, cogit me primo amicum cadere, dein servum sustinere: quorum illud ago, istud patior contra voluntatis meæ propensionem. Per ignorantiam vero id agitur, per quod laudatus Philosophus, quod ita ex ignorantia committitur, ut subsquatur dolor, & cum qui agit, penitet: ut dum parens aliquis intempesta nocte a fommo excitatus, eo insolitum strepitum in domus conclavio editum, ignea balista filium tunc a theatro reverentem enecat, existimans esse nocturnum furcam; unde detecto p. stmodum errore plerumque agitur.

173. Secundo displicetur Involuntarium in simplex, & secundum quid sive diminutum. Simplex tunc est, quando quis externa vi compulsus aliquid agit, voluntate sua in actionem nullatenus influente: ita ut in ea actione sese habeat instar inanimis instrumenti; ut dum Sancti Martyres cogebantur tyrannorum, & carnicum violentia coram idolis genua flectere, & propriis manibus thura adolere. Secundum quid esse censetur, ubi aliquis inducitur quidpiam facere, quod non facere mallet, aut omittere, quod mallet facere; adeo ut mutata ob supervenientem grave causam pristina inclinatione, jam influat voluntas in actionem, aut omissionem; ut dum pleodomartyres vel tormentis perterriti, vel blanditiis illecti Christianam fidem abhorbant, in illa constanti permansuri, nisi persecutionis turbo ipsos dejiceret. Actiones huiusmodi dicuntur involuntarie secundum quid, sive juxta Aristotelem (l. 3. Eth. c. 1.) mixte, quoniam ex voluntario simul, & involuntario coalescere videntur; ex involuntario quidem, quia malum imminens, aut bonum speratum, quibus voluntas tandem flectitur ad annuendum, quasi cogentis vim habent; ex voluntario pariter, quia absolute sunt voluntaria quæ se fiunt; eo enim tempore, quo geruntur, sponte suscipiuntur, & contrariis rebus anteponuntur; unde vel laudem, vel reprehensionem consequentem habent sapientium iudicio; quæ sunt utique clara indicia sponte factorum.

174. Hoc alterum involuntarii genus, & non primum illud oportet credamus extitisse in Viris illis Sanctissimis, quos ab Ecclesia Præpositis, invitos, repugnantes, nolentesque Sacris Ordinibus initiatos fuisse præca Historia per læpe commemorat sitidem in Hebræis, & Saxonibus infidelibus, quorum illi tempore Sisebuti Regis Hispaniæ, illi ætate Caroli V. Imperatoris leguntur attracti minis, terroribus, supplicis ad suscipiendum Christianum Baptisma. Neque enim si omnes animo penitus, & constanti contradicentes Sacra reapse susceperunt; sed talia dumtaxat passi sunt antecederent, ut ex nolentibus fierent volentes, & Ecclesiasticorum Pastorum iudicio tandem sese submitterent. Hujus rei fidem facit D. Augustinus præ reliquis Auctoribus, qui verba faciens de prædictis ordinibus (Epist. 137. ad

171. Proposuit Involuntarii definitio ex Aristotele.

172. Prima divisio Involuntarii, quod vel per violentiam, vel per ignorantiam evenit.

173. Altera divisio Involuntarii simplicis, & secundum quid.

174. Qui in Ecclesiastica Historia leguntur susceperunt Sacra, & nolentes involuntarium fecerunt quid, quod absolute voluntarium reputatur.

Donatum) ita scribit: Tam multi, ut episcopatum suscipiunt, tenentur inviti, includuntur, patiuntur tanta, quae nolunt, donec eis adit voluntas sacri ministerii suscipiendi.

175. Consonat quoque Innocentius III. (l. 3. Decr. tit. 42. de Baptis. c. Majora) ubi perpendens factum illud Hebræorum, quod ratum habuit Synodus Hispana Tolera IV. (c. 56.) duplicem distinguit voluntatem, conditionatam & absolutam, additque illam sufficere ad validam Sacramentorum susceptionem; quia scilicet coacta voluntas, voluntas est, atq. c. Merita 15. p. 1. en eisdem Pontificis Maximi verba. Inter involuntarium & involuntarium, coactum, & coactum, alii non absurde distinguunt, quod is qui terroribus ac suppliciis violenter attrahitur, & ne dritimentum incurvat, passim suscipit Sacramentum, talis characterem suscipit Christianitatis impressum, & ipse tanquam conditionaliter volens, licet absolute non velle, cogendus est ad observantiam Fidei Christianae; id est, licet seculo metu, & penarum sibi impendendum apparatus, nolit baptisum initiari, metu tamen & penis inducitur ad volendum, & recipiendum baptisum, juxta illud Angelici (1. 2. q. 8. ar. 6.) Quod per metum agitur, est voluntarium, secundum quod actu agitur; sed involuntarium est, si talis metus non immineret.

176. Doctrina istius imbuti Confessorii genuinum sensum atsequi poterunt illarum conditionum, quas alterius flexus personae solent obtendere, dum pandunt se ob alienam violentiam vel primam fecisse pudoris iacturam, vel iterata ejusdem damna subisse. Porumque enim conditionata seu indulta voluntate admittunt, quod fieri detrectarent extra cert. s. circumstantias conductae. Minime tamen distiteor, illarum multas desuper dari, ut dum corpore violantur, animo profertus averto ad agendum usque, immo & ad palmam, iustatur; ut proinde in ipsis loquam habere ad scriptis D. Augustinus loquens de Christianis Sacerdotibus feminis in captivitate vim perpassis (l. 1. de Civ. Dei c. 16.) Sanctum corpus usu fit sanctae voluntatis, qua inconvulsa, & stabili permanente, quicquid aliis de corpore fecerit, quod sine peccato proprio non valeat excitari, praeter culpam est patientis. Contraque id ipsum Senaphicus (in 4. Sent. dist. 33. ar. 2. in fine) dicens: Si amittatur incorruptio carnis, sedus incorruptionis mentis, manet quod formale & completivum est virginitalis, id est meritum, & traxim etiam; quavis illud, quod materiale erat, sit perditum, unde perditum est secundum quid, tamen manet simpliciter; perditum est in conspectu hominum, non tamen in conspectu Dei.

SECTIO II.

De Causis Involuntarii.

177. Quatuor inversiones agnoscentia impedimenta voluntarii, juxta mentem quoque Aristotelis quatuor expresse duo tantum nominavit.

177. Declarando hactenus Involuntarii divisiones, ejus quoque causas sumus persecuti, videlicet Violentiam, & Ignorantiam, quas Aristoteles (n. 172.) memoravit. Solent haec ab Auditoribus vocari impedimenta voluntarii, Mirum porro videri non debet, quod quatuor passim recentent, nempe Violentiam, Metum, Ignorantiam, & Concupiscentiam; nec enim propterea Morali Philosopho advertantur. Siquidem is nominare voluit illa dumtaxat impedimenta, quae voluntarium omnino perimunt, adeoque involuntarium simpliciter efficiunt; quae certe binarium numerum non excedunt, per se loquendo. Moralibus autem Theologis placet omnia exponere impedimenta, sive quae tollunt, sive quae minuunt ipsum voluntarium: idcirco adscribit etiam Metum, & Concupiscentiam; quippe haec intellectus cognitioni, is voluntarii promotionis possunt officere. Quod quidem ipemet Aristoteles sparsim indicavit in suis ad Nicomachum libris: nam (lib. 3. c. 1.) ait, quae per metum aguntur, mixta sunt et voluntario, & involuntario, & (lib. 6. c. 8.) delectatio, vel concupiscentia corrumpit estimatorem prudentiae. Itaque pro more perillustremus singula hujusmodi quatuor impedimenta.

S. I. De Violentia.

178. Impedimentum primum voluntarii, seu primum involuntarii causa,

178. Primum igitur impedimentum Voluntarii est Violentia seu Vis, quam Paulus jurifconsultus definit (l. 2. ff. Quod metus causa) esse majorem rei imperium, qui repellere non potest. Hic recolenda, quae jam docuimus (n. 154. & 155.) de coactione. Nimirum ex his liquet, humanam voluntatem a nulla creata causa posse violentiam sine coactionem pati quoad internos suos adus volendi, nolendi, amandi, averdendi, ita ut a violentia tanquam a principio activo extendi possint voluntate reluctante,

quo quidem in sensu dixit Venustus Poeta (l. 2. Ode. 2.) Cuncta terrarum subacta, praeter atroxem Catonis animum. Ibidem vero addimus; violentiae & coactioni subesse posse reliquas voluntatis actiones exteriores, quas nempe voluntas imperat subiectis sibi potentis. Er hoc non sic intelligendum, quasi externa vi coacta voluntas est actus ejus elicitus seu internus, in quem coactio non cadit; sed istum voluntatis est actus, quod interiores potentiae, praesertim exteriora membra, per violentiam agentis extrinseci vel possunt cohiberi ne moveantur ad votum voluntatis, ut si volens currere detineatur; vel possunt contra voluntatis inclinationem ad motum impelli, ut si sciere cupiens cogatur progredi.

179. Allatum quoad adus utriusque generis doctrinam confirmat quae scribit Seraphicus (in Sent. dist. 25. par. 2. ar. 1. q. 4.) Quare enim enim, num liberum arbitrium ab aliquo cogi possit? ita respondet: Notandum, quod est loqui de libero arbitrio quantum ad actum exteriorem, & quantum ad actum interierem, sive proprium & alienum. Si loquamur quantum ad exteriorem, respectu talium actuum potest intervenire coactio; potest enim quis compelli ut genua coram idolo flectat. Si loquamur quantum ad interierem, qui scilicet est velle, eligere, consentire; sic respectu talis actus potest compelli. Induci quidem potest, quando amat aliud a se, & quod infra se do potest compelli. Induci quidem potest, quando amat ablationem, vel induci ad consentiendum in aliquid multum efficitur per suasionem, per quem modum Idololatra tentabant Sanctos Martyres consentire in idololatriam, modo promittendo delectabilia, modo insidendo tristitia. Ita tamen inductio longe distat a coactione, sicut probat ipse exitus; quia nec blandimentis allici, nec tormentis terri adco potuerunt, ut a veritate justitia mutarentur; & sic liberum arbitrium induci potest, quia amat aliquid infra se, utpote viciium temporalem, vel aliquid consimile, quod potest agere creaturam conferre vel auferre. Potest etiam impediri propter inclinationem, & conjunctionem sui ad corporalem naturam, quae subest virtuti creaturae: unde potest aliquis alium ita ledere, quod usum liberi arbitrii amitteret, ex hoc tamen liberum arbitrium non cogit; coactio enim ponit liberi arbitrii actum, & ulum, sed legato vel impedito tollit. Coactio provenire habet a superiori; hinc liberum arbitrium a bono creato non potest cogi respectu actus proprii: hanc enim dignitatem habet liberum arbitrium, ut in quantum liberum soli Deo sit subiectum.

est violentia potest in actibus avoluntate tantum imperari, minime vere in elicitis.

179. Superioris doctrinae de effectu violentiae ad actus voluntarii illustratione, & primum ex D. Bonaventura.

S. II. De Metu.

180. Secundum impedimentum voluntarii est Metus, qui ad violentiam prope accedit, atque a Jureconsulto definitur (ff. Quod metus causa l. ait praeter) esse instantis, vel futuri periculi causa, mentis trepidatio: multipliciter dividi solet. In eundem voluntarii est metus, cuius metus, cuius definitio est quintuplex divisio assignatur.

180. Impedimentum voluntarii est metus, qui ad violentiam prope accedit, atque a Jureconsulto definitur (ff. Quod metus causa l. ait praeter) esse instantis, vel futuri periculi causa, mentis trepidatio: multipliciter dividi solet. In eundem voluntarii est metus, cuius metus, cuius definitio est quintuplex divisio assignatur.

181. Quamquam recentitas timoris species exploratas habere valde conducit, praesertim ubi de publicis actibus, sponsalibus, matrimonii, & contractibus religiosis agit, circa quos Doctores stabilire solent diversas theses juxta diversitatem quorum, qui potest ad eisdem actus concurrere; hoc tamen loco mortalicem spectantes dicimus universim & indistincte, actiones ex quocumque metu ortus per voluntarii simpliciter habendus; modo excipitur casus, in quo contingat rationis usum intercepti ob timoris vehementiam, unde actiones evadant prorsus indeliberatas. Communis ea doctrina nititur hoc momento valido, quia nempe non potest

181. Secundo casu imperata rationis in bonis agentis, a. 7. 5. quoad actionem quae ob metum procedit.

reputantur absolute voluntarii.

tel non esse absolute voluntarium, quod prodit a cognitione intellectus, & voluntatis inclinatione: hujusmodi porro esse quiddam fit ex metu, multoque magis cum metu, satis perspicue deprehenditur (ex n. 173. & 174.) Quare, qui pavore mali fieri motivo proximo inducitur ad volendum, vel nolendum, quod extra illius periculi circumstantias nolet, aut velle; is potest vere dicere cum Epistoto: non metus mali me cogit, sed mea me opinio cogit, id est, voluntas vincit voluntatem.

182. Ex Seraphico actu etiam metu gravi extor- ti, in foro. Poli reputantur absolute voluntarii.

182. Huid pignat audire denno S. Bonaventuram (n. 179. cit.) qui hanc ad rem ita scribit: Etsi inductio videatur esse quaedam coactio, maxime secundum Humana Jura, quae dicunt, illud quod fit causa metus, non esse habendum ratum, maxime de eo metu, qui potest cadere in constantem virum, pro eo quod considerant exteriora opera; secundum veritatem tamen ipsa inductio fiat cum libertate voluntatis, nec est repugnat in aliquo: sed potius repugnat plenitudini amoris, & voluntatis, non enim ita plene vult aliquis, quando vult ex inductione, sicut quando vult absolute, sicut patet de iactatione in mare: nihilominus tamen salvatur ibi ratio libertatis, & voluntatis, unde talis metus apud Deum non excusat a culpa; sicut aperte patet in negatione a Petro facta; & propterea non sequitur, quod liberum arbitrium, si possit a creatura induci, possit cogi. Seraphico consonat Angelicus (1. 2. q. 6. ar. 6. s. 6.) cujus proluxa doctrina in hanc brevem argumenti formam quadrari potest. Aliquid consideratur, vel secundum quod est in actu, vel secundum quod est in sola apprehensione seu ratione, unumquodque autem simpliciter esse dicitur, secundum quod est in actu, atque ubi id quod per metum agitur, spectatur ut repugnans voluntati, hoc non est nisi secundum rationem tantum; ergo secundum quod est in actu, sit voluntarium, in quantum hoc est impedimentum maioris mali, quod timebatur; proinde dicendum voluntarium simpliciter.

183. Praecedens assertio de voluntario simplici seu absolute, quod inest actionibus factis ex gravi metu, non impedit, quominus illud dici possit diminutum.

183. Altera tamen non minus certa & universalis sententia viget, qua edocemur, in his quae efficiuntur ex metu quatenus etiam constantes viros, plerumque rationem voluntarii diminui ex parte inclinationis seu lubentiae voluntatis, semina ex causa. Prima, quae actiones hujusmodi antecedenter, sive extra illas circumstantias, in quibus sunt voluntate inducunt, erant contra gentem & inclinationem voluntatis, adeoque proflua involuntaria. Secunda, quae etiam dum postmodum supervenientibus his circumstantiis impendens gravis mali, mutata voluntatis inclinatione, evadunt absolute voluntaria, adhuc perseverare solet in ipsa voluntate habitualis illa dispositio, seu velleitas inefficax ipsas non produciendi, adeoque simul ineffe quaedam repugnantia ad contrarium, quod repta peragitur, ex motivo circumstantiarum, ut docent Psychologi agentes de Inclinationibus Animae; propria uniuscujusque experientia suadet, & confirmat Angelicus (1. 2. q. 6. ar. 7.) dicens: Is eo, qui per metum aliquid agit, manet repugnans voluntatis ad id quod agitur, secundum quod in se consideratur, & ideo, quod per metum agitur quodammodo est involuntarium. Hinc porro est, ut spectata ejusmodi diminutione voluntarii, actiones pravae ex metu factae censantur venia aliqua, & poenitentiae dignae.

184. Mox tradita juxta comunem Ethicorum sensum doctrina de involuntario secundum quid, quod inest actionibus ex metu peractis, haud parum potest (iudicio gravissimorum Theologorum) sententia illorum Scholasticorum, qui asserunt sufficientem esse dispositionem, ad justificationis gratiam in Sacramento Poenitentiae consequendam, eam speciem attritionis, quae a peccatore concipitur ob solam gehennae pavorem, absque ulla proflua repugnantia seu implicito vel gratitudinis vel benevolentiae amore erga Deum: sic enim argumentantur illi. Ea, quae ab homine fiunt ex metu antecedente, & totali (n. 180.) sunt diminuta voluntate impendens, quod rationaliter timeatur, absolute non fiunt; & ideo juxta Angelicum (n. 183.) etiam dum peraguntur in tali circumstantia, manet repugnans voluntatis ad ipsa in se considerata, unde sunt quodammodo involuntaria. Atque in descripta sententia timor gehennae, quod peccator corripitur, est antecedens & conditionator; hoc autem polito, jam convincitur habere repugnantiam venemur extra circumstantiam apprehensa gehennae illum absolute non concipiet; & ideo habitualem retinet erga illum in sua voluntate averfionem, propter quod est ipsi quodammodo involuntarium.

185. Praedictam judicium ratio.

185. Quod si ita est (pergunt iidem argumentari) equis non videt, in hujus-

pecc-

peccatoris animo latitare implicitum peccati affectum; quem tamen a dolore sincero ac vere poenitentiali abesse debere & naturalis ratio dicit, & Tridentina Synodus (sess. 24. c. 4.) expresse decernit? Quare eidem homini per imaginationem reputanti te tormentis Inferni afficiendum, videntur omnino convenire verba S. Joan. Chrylologi, qui (hom. in c. 16. Luc.) sic inelamatur divitem his tormentis jam subditum, & Abraham elementiam anxie implorantem: Tormenta te cogunt agere poenitentiam, non mentis affectus. Confirmatur id ex Seraphico (in 3. sent. dist. 34. par. 2. ar. 1. qu. 2.) dicente, propter aeternorum suppliciorum timorem cessat homo a peccatorum perpetracione, licet non omnino cesset a voluntate; sicut dicit Glossa ad Pl. 118. Confite timore tuo carnes meas. Accedit S. Aug. qui (ser. 162. de verb. Apost.) scribit. Cum dicit mihi: gehennam timeo, ardere timeo, in aeternum puniri timeo: quid diciturus sum? vane times? male times? non audeo: quandoquidem ipse Dominus in Evangelio ablato timore subiecit timorem dicens: nolite timere eos, qui occidunt corpus &c. plane time, nihil melius times. Sed interrogo te, si te non videret Deus, quando facis, nec quisquam te vinceret in judicio illius, faceres inspicere te ipsum: si faceres, ergo poenam times, castitatem nondum amas: serviliter times: formido esse mali, nondum dilectio boni: sed time tamen, ut ipsa formido custodiat te, & perducat ad dilectionem: timor enim iste, quo gehennam times, & ideo mala non facis, continet te, & sic volentem peccare animum interiore non sinit. Porro inepta foret Sancti Doctoris illatio (quod peccator poenam timeat, & serviliter timeat; quodetsi sibi intime conscius est, quod faceret mala, secluso timore poenarum) si purus putuisset gehennae metus voluntatem peccandi revera excluderet, quamvis nullus seu formalis seu virtualis infirmetur amor Dei, aut in se boni, aut nobis beneficii.

186. Neque praecedens argumentatio etiam evincit, servilem metum gehennae esse vel in se malum, vel proflua infirmitatem, uti contendunt Novatores, ac novissime indicare voluit Quenellus his theibus: Timor nansit manum cobibet; cor autem tantum peccato addicitur, quamvis ab amore non ducitur (ord. 81. qui a malo non abstinere nisi timore poenae, illud committit in corde suo, & iam est reus coram Deo (ord. 82.) quam doctrinam constat jam damnatam fuisse a laudata Synodo desinente: Attritionem, quae ex gehennae & poenarum metu communiter concipitur si voluntatem peccandi excludat cum ipse veniat, non solum non facere bonum hypocritam, & magis peccatorem; sed esse donum Dei. & peccatorem ad Dei gratiam in Sacramento Poenitentiae impetrandam disponere; non id, inquam, evincit. Nam juxta vulgarem Scholarum distinctionem timor poenarum duplex est: servilis simpliciter, & serviliter servilis. Ex Averlino (2. 2. q. 19. ar. 4.) timor servilis secundum suam substantiam non importat nisi timorem poenae, sive timeatur ut principale malum, sive non timeatur ut principale malum: timor servilis, in quantum est servilis, solum poenam timeat. Hac servilitas facit, ut homo affectum suum non velit subicere juro justitiae per amorem. Timor servilis secundum suam substantiam bonus est; sed servilitas ejus est mala: servilitas non pertinet ad speciem timoris servilis, sicut nec infirmitas ad speciem fidei infirmis, adeoque oritur ex vero vitio timentis, qui non vult amare justitiam, sed solum poenam timeat. Porro quis ex metu poenarum gehennae, tamquam ex motivo proximo, inducitur ad dolendum de peccatis, utique bene facit (quippe est gehenna maxime timenda, atque ab hujusmodi timore, teste D. Augustino, solet plerumque inchoari salutaria Peccatorum conversio); at si in solius poenae metu sistit, & altius non assurgens nullum alium finem dolori suo praescribit, jam ejus timor, qui erat initio servilis simpliciter, degenerat in servilem serviliter, adeoque de bono in malum transformatur solo ipsius timentis vitio. Siquidem eo ipso, quod homo dolens haeret in solo poenarum metu, nihil videtur appetere aliud quam immunitatem ab illis, proindeque in proprio commodo velut in ultimo fine consistere; quod sane vitiosum est, & pravam peccandi voluntatem minime excludit.

187. Si quis autem neget, evenire mox dictam timoris servilis transformationem vitio timentis hominis, is audiat D. Gregorium M. qui (l. 3. Curae Past. adm. 14.) sic apostolice scribit: Admonendi sunt, qui flagella metuum, ut si mali veraciter carere desiderant, aeterna supplicia perhorrescant. Neque in hoc suppliciorum timore permanent, sed ad amoris gratiam excoercent; nam qui propterea voluntum facit, quia tormentorum mala metuit vult non esse, quod metuit, ut audacter illicita committat. Quod spectat ad Tridentinorum Patrum declarationem, utique attritionem ex metu poenarum conceptam ajunt esse dispositionem ad gratiam in Sacramento obtinendam; sed non proximam dispositionem intellexerint, vel tantum rem-

ne sicut & audacitate vailissima nititur.

186. Etsi jam sineatur dolore poenarum metu conceptum non esse sufficientem dispositionem in Sacramento Poenitentiae, non ideo sequitur, servilem timorem, aut dolorem esse in se proflua malum aut servilem.

187. Non qualibet attritionis speciei, ut si mali metu pascitur, juxta mentem Concilii Tridentini disponit rem-

peccatorum ad Sacramentalem.

remotam, uti sunt actus fidei, & spei, adhuc sub iudice lis est. Dein, quomodo documque ea disponat ad gratia penitentialis affectionem, hoc solum conditione latius asserunt, nempe si voluntatem peccandi excludat; quae locutio hypothetica satis indicat, non omnem nec qualemcumque penarum timorem esse sejarctum ab interno peccati affectu; sejarctum potro non esse timorem illum, quo quis solum penam timet, ita ut in timore isto permaneat, superioribus testimoniis jam demonstratum. Quidam ergo timori penarum accedere debet, ut voluntatem peccandi excludat; huius ab iisdem Patribus, qui antecedenter (sess. 6. de Iustif. c. 6.) inter alias dispositiones hominis in Baptismo iustificandi recenluerant mortum amoris, quo Deum tanquam omnis iustitiae fontem diligere incipit, ac propterea movetur adversus peccata per eum aliquod, & desolationem. Speciem autem huius perneccitarii amoris determinare, ad praesens institutum nostrum non attinet, quippe ad differendum de solo timore res pertinet secundum voluntarii impedimentum.

5. III. De ignorantia.

188. Impedimentum tertium voluntarii est Ignorantia. Quisquid de ipsa verberis subinde dicitur, erit gratia peccatorum ad Sacramentalem.

188. Tertium impedimentum voluntarii est Ignorantia, de qua longe fufius quam de reliquis impedimentis agendum: ipsa namque defectus est late pervadens genus humanum, & saepissime creans extremam perniciem animabus, quae in vitis huius termino ignorantur a Deo, quoniam antea voluerunt ignorare, quae seire oportebat ad rite excolenda illa officia, a quibus necessario pendet aeterna felicitas: Et si enim, ait Seraphicus (in 2. Sent. dist. 22. dub. 7.) omnes homines natura seire desiderant, scientiam tamen mandatorum Dei plurimi aspernantur. Quomodo de ignorantia ab Auctoribus traduntur, commodè possunt revocari ad tria summa capita: in primo multae ac variae divisiones ignorantiae expenduntur, in altero declaratur, an & quomodo ratio voluntarii conveniat tum ipsimet ignorantiae in se consideratae, tum actionibus omnibus, quae ex ipsa vel cum ipsa efficiuntur ab homine: in tertio ignorantiae natura, atque effectus describuntur (spectato genere mortis). Procedamus nos hac ipsa methodo, quandoquidem non minus claritati idearum faveret, quam memoriae serviat; proindeque traditionem hanc dispectiemur in totidem capita.

189. Ex triplici capite ignorantur quorundam divisiones ignorantiae. & primo ex parte obiecti ignorantia dicitur negationis, privationis, praesentis, & praesentis.

189. Primo igitur ignorantia (quae univèrsim accepta denotat absentiam cognitionis in subiecto illius capaci, hoc est in substantia intelligente; adeoque non voluntatis propensione, sicuti prius duo impedimenta, sed intellectus cognitioni ad voluntarium requisita officit) triplicem habere potest respectum; videlicet ad obiectum seu rem, quae ignoratur, ad actum humanum, in quem ipsa influit; ad subiectum seu personam, in qua reperitur: exinde peruntur divisiones omnes ignorantiae. Juxta primum ad aspectum multoies exiit divisio. In primis enim ignorantia alia est negationis, alia privationis, alia praesentis dispositionis. Ex Seraphico (in Decl. Term. Tb. versus medium) ignorantia negationis est simpliciter non seire; unde juxta alios nescientia vocari potest. Ignorantia privationis est ignorare aliquid, postquam seiri potuit, & tenebatur quis seire. Ignorantia praesentis dispositionis non seire veritatem, & cum hoc tenere oppositam falsitatem. Ex eodem Seraphico (in Gentil. par. 1. sect. 7.) ignorantia negationis est in parvulis, quae non est culpa neque poena, usque ad praesentium tempus. Ignorantia privationis est in adultis, qui tempore determinato ignorant, quae possunt seire, vel oblitii sunt, quae alioquando didicerunt. Ignorantia praesentis dispositionis est, qua quis opinatur contraria Fidei, quae potest erronea dici, & est in haereticis.

190. Secundo succedit divisio ignorantiae iuris. Facti quae iuris habet indubitationem.

190. Deinde ignorantia alia est facti, alia iuris. Posterior est, quando ignoratur lex, quae est norma operandi; prior vero, quando aliquid opus ignoratur vel secundum genus suum, vel secundum aliquam circumstantiam, ita ex. ca. si quis fornicatur nesciens fornicationem esse grave peccatum divina lege prohibitum; iuris ignorantia tenetur; si quis vero fornicatur, persuasus quidem de fornicationis inhonestate, sed falso credens se cognoscere mulierem suam, cum sua non sit, facti ignorantia implicatur. Tum ignorantia facti, vel est proprii; ut dum quis nesciens seu non advertens, se non persolvit pensum Divini Officii, ad curam recitationem tenetur ratione Ordinis, vel Ecclesiastici beneficii, cubitum pergit; vel alieni, ut dum quis communicat in actionibus sacris vel profanis cum homine, quem ignorat esse excommunicatum, & per sententiam iudicis Ecclesiastici publice denuntiatum. Pariter ignorantia iuris, aut est iuris naturalis, hoc est eorum dictaminum, quae ab auctore naturae signantur in cordibus omnium venientium in hunc mundum.

mundum, ex. ca. non esse violandum alienum thorum; aut Divini, videlicet legum, quas Deus per Prophetas, Apostolos, & Filium suum manifestavit hominibus, atque in Sacris Scripturis consignari voluit, ex. gr. suscipiendum esse Christianum baptisma; aut demum humani, quod partim canonicum dicitur, ut moralis constitutiones Ecclesiasticae de vita & honestate Clericorum, partim civile, ut politica statuta Saecularium Principum de satisfactione Tutorum, dote uxorum, & similibus; quorum utrumque rursus aut est univèrsale, ut quod Clerici sacris ordinibus initiati debeant deferre tonsuram, & Parentes teneantur absolute dotare filias; aut particulare, ut quod Clerici coman alentes iustissime a Divinis, aut multa pecuniaria coercantur, & Parentes dotem determinatè quantitatis debeant filiabus suppeditare.

191. Sub secundo adpectu occurrit tripartita ignorantiae divisio, quam D. Thomas (1. 2. q. 6. ar. 8.) assignavit, nempe vel concomitantem, vel consequentem, vel antecedentem dicitur. Sciendum, quod ignorantia tripliciter se habet ad actum voluntatis: uno modo concomitantem, alio modo consequentem, tertio modo antecedentem. Concomitantem quidem, quando ignorantia est de eo, quod agitur: tamen etiam si sciretur, nihilominus ageretur: tunc enim ignorantia non inducit ad volendum, ut hoc fiat; nec accidit, simul esse aliquid factum, & ignoratum; sicut cum aliquis vellet quidem occidere hostem, sed ignorans occidit eum, putans occidere cervum. Consequentem autem se habet ignorantia ad voluntatem, in quantum ipsa ignorantia est voluntaria secundum duos modos voluntarii, directi, & indirecti. (Annot. descriptio) Antecedentem autem se habet ad voluntatem ignorantia, quando non est voluntaria, & tamen est causa volendi, quod alius non vellet: sicut cum aliquis homo ignorat aliquam circumstantiam actus, quam non tenebatur seire, & ex hoc aliquid agit, quod non faceret, si sciret: puta cum aliquis diligentia adhibita nesciens aliquem transire per viam, profecti legitimum, qua interficit transeuntem. Exemplum ignorantiae consequentis, quod a S. Doctore reticetur, ex mercatore sumatur, qui huiusmodi ignorantia dicitur agere contra iustitiam, si fœderatitios contractus passim ineat, vel quia ex industria tanquam morolos & scrupulosos abs se repulit doctos pioque viros, qui ipsam rite instruere volebant; vel quia solammodo negligit mediis legitimis comparare nostram eorum, quae ad proprium statum & officium pertinent, quorum illud directi, illud indirecti voluntarii rationem habet.

192. Si quis peccat, quomobrem in ea divisione ponatur tertia species ignorantiae consequentis, praeter antecedentem, & concomitantem: cum (ex n. 180.) metus non dividatur, nisi in concomitantem, & antecedentem; tunc difficultas illa, quam Auctores plerumque praeterunt, sic poterit meo iudicio enodari, Ignorantia potest comparari vel cum voluntate hominis ignorantis, vel cum actu, qui ab eo ignoranter fit. Si cum actu conferatur, tunc sicuti non datur medium inter esse causam, non esse causam; ita divisione adaequata omnis ignorantia, vel est antecedens, quia scilicet causa actus est, vel concomitans, quia nempe causa actus non est, sed eundem dumtaxat comitatur: unde sub hoc priore respectu ignorantia, quae dicitur consequens, in quantum est voluntaria (ut ait praedatus Angelicus) sub alterutra illarum specierum comprehenditur, prout contingit ipsi esse. vel non esse causam actionis. Quod si referatur ignorantia ad voluntatem agentis, tunc exacta pariter divisione vel erit antecedens, hoc est praeveniens omnem voluntarii actum; vel consequens, hoc est ex aliquo voluntatis actu sive omissione culpabili promanans; cum non detur medium inter velle, & non velle ignorantiam. Quare sub hac posteriori consideratione ea ignorantia, quae concomitans vocatur in quantum ex eodem Angelico non inducit ad volendum actum, sed accidit actui, ad alterutram istarum reducitur, prout ipsa est aut profus involuntaria, aut directe vel indirecte voluntaria. Itaque allatum exemplum de metus divisione potius nobis faveret; sicut enim eam bimembrem divisionem dedimus, conferentes metum cum opere, quod prodit ab homine metu inducto ad operandum; ita bimembrem quoque divisionem ignorantiae hic assignamus, conferentes ignorantiam cum opere hominis ignorantem agentis.

193. Hinc vero duo sunt conlectaria. Primum, unam eandemque ignorantiam posse esse & antecedentem, & consequentem, respectu tamen diverso: potest enim esse causa actus, sicut dicitur antecedens, in ordine ad ipsum actum: ac simul potest esse voluntaria, sicut dicitur consequens, in ordine ad voluntatem, quae actum producit. Sit ex. ca. Medicus valde ignarus, qui hominem aut amicum aut propinquum ineptis pharmacis hinc migrare facit, eo quod libros fere nunquam legat, aut longe alios quam lux artis, libros legat eiusmodi ignorantiae, humane

Antoine Theol. Meral. T. I. P. I.

N

stirpi

191. Secundo ex parte actus describitur ignorantia ab Angelico D. Thoma in concomitantem, consequentem, & antecedentem.

192. Praeparatur, ac solvitur dubium quod facile enodari potest perpendens suam peritiam divisionem triplicem ignorantiae.

193. Eadem ignorantia sub diversis respectibus potest dici sum antecedens & consequens, cum concomitans & consequens.

serpi exitialis, erit *consequens* voluntatem medici, quia ab eo indirede saltem voluta; simulque *antecedens* utpote causa interectionis amici, aut propinqui, quibus vitam prius servare quam adimere optabat medicus. Secundum, ignorantiam aliquam, sub eadem diversitate considerationis voluntatis, & adus eius, esse posse & *concomitantem* & *consequentem*: venire namque potest, ut ignorantia ad operandum nullatenus inducat, ita tamen ut ipsa etiam seculi opus adhuc terere; sicque censetur *concomitans* actum; simul vero possibile, ipsam esse aliquo modo voluntariam; & ita vocabitur *consequens* voluntatem. Veniat in exemplum ille memoratus a Plutarcho (de Tranq. Animi) qui cum in protervum canem lapidem libravit, & ab illo aberrans, nocivam non desinato percussisset: ne hoc quidem, inquit, modo male: eius enim ignorantia fuit concomitans, quia non desinato percussisset nocivam; fuisset simul consequens, si ante iactum lapidis plane neglexisset circumspicere, quoties poterat & debebat, num alium, adestet periculum in eo collocazandi, pertranseuntes personas.

194. *Uti dicitur in contrariis recipiuntur divisiones diversae partium quam verissime in Div. Thoma.*

194. Quod si propositae difficultatis (n. 192.) solutio ita acceptur, ut tamen ipsi D. Thoma quis patet succedendum, quod producendo unam tripartitam divisionem ignorantiae concomitantis, consequentis, antecedentis, duarum diversarum divisionum binembrum partes invicem permiscuerit: huc ergo auctor forem ut gratias habere Angelico Doctori, quod more reliquorum schoolarum Principum verbus brevis, sensibus prolixus, exigua doctrinae serie exhibuerit lectoribus duas praecipuas ignorantiae divisiones, immo quatuor, ut patet penitus incipienti integram textum (art. 2.) At quomodo, inquit, duas superiores ignorantiae (num. 192.) divisiones attingit? respondeo, quia vox ignorantiae antecedentis semel ab ipso nominata potest assumi ad intelligendas binas ignorantiae species, quae in utraque divisione idem antecedenti nomen participant, diviso tamen sensu, quemadmodum explicavimus. Replicabis, si ita est, ergo opus Dialecto natare. Heus tu, quae, domi placidas confideas, si tibi non datur Corinthum adire.

195. *Tertio ex parte subiecti ignorantia distribuitur in vincibilem & invincibilem, & illa rursus in affectatam & non affectatam; quae prima vel est crassa, vel lapsa. Exponitur hic prima divisio.*

195. Juxta tertium adspetum variae extant divisiones ignorantiae. Primo enim ignorantia dividitur in *vincibilem*, quam adhibito diligenti studio five industria potest homo dispellere: & *invincibilem*, quam nullius studii, aut diligentiae viribus removere potest. Ambae species ita destrictimus, pressè inhærentes ipsarum nomenclaturæ. Ceterum cum in moralibus verseretur, in quibus *ignorantia* vox non sumitur negative, sed privative, hoc est non pro mera *nescientia* eorum, quae promissæ debent aut non debent sciri; sed pro defectu necessariae notitiae illorum, quae ad viam nostræ officii, & ad beatitudinem quoquo modo referuntur, juxta generalem illum Angelici definitionem (1. 2. q. 101. ar. 1.) *ignorantia est privatio scientiæ, quæ debet haberi pro tempore illo: idcirco in dignolenda, discernendaque ignorantia vincibilis, atque invincibilis non est habenda ratio solius potentiae, vel impotentiae sciendi, sed attendenda præterea obligatio comparandi scientiam, utrum ea adde nec ne: debet superari; invincibilis vero, quæ vel non potest, vel non debet superari. Hanc ob causam licet tres ista divisiones, ignorantiae vincibilis, & invincibilis, culpabilis, & inculpabilis, voluntariae, & involuntariae, quas recensent Scriptores aliqui, metaphysica præcisione spectatae inter se aliquatenus differant, in genere tamen moris pro una eademque habeantur divisione.*

196. *Exponitur altera divisio, quae ignorantia vincibilis dissectatur in eam, quæ affectata dicitur, & in aliam quæ vocatur non affectata. Prior ex Seraphico (Centil. part. 1. sect. 25.) est ex vero consensu; posterior est ex negligentia & ignavia. Hoc ut clarius evadat, exponenda istius divisionis ratio, quam Angelicus (1. 2. q. 6. ar. 8. q. 16. ar. 3. & 4.) repetit ex partitione voluntarii directi, & indirecti; quia nimirum (ex n. 195.) quæ revera vincibilis est ignorantia, eadem voluntaria & culpabilis a Moralibus reputari solet. Ignorantia est voluntaria duplitem, ait prior loco, secundum duos modos voluntarii supra positos, directi scilicet & indirecti: uno modo, quia actus voluntatis fertur in ignorantiam; sicut cum aliquis ignorare vult, vel ut excusationem peccati habeat, vel ut non retrahatur a peccando, secundum illud (Jobi c. 2.) scientiam vitarum suarum nolumus: alio modo ignorantia voluntaria dicitur laborem in studio, vel propter alias occupationes negligi addiscere id per quod a peccato retraheretur, vel cum aliquis vult bibere vinum immoderate, ex quo sequitur cum inebriari. & discretionem carere. Paucis igitur, resumit Seraphicus (in 2. sent. dist. 22. ar. 2. q. 2.) ignorantia affectata dicitur, cum ad viam veritatis volentes pertingere, cupimus in tenebris ambulare: non affectata vero, cum ex quadam pigritia, & negligentia non curamus veritatem addiscere.*

197. Quamvis Seraphicus, & alii passim Theologi ignorantiam, quam simpliciter *ignorantiam* non vocant, exprimere sicut vocibus *crassa* & *supina* ignorantia, sicut videntur quasi synonyma habere eisdem vocabula; at tamen sub aliqua respectu posantur accipi pro duabus speciebus infimis, quæ sub genere non affectata continentur, si nempe recipiantur modis diversis, quæ licet ignorantiam vincibilem depellere. Ipse namque Seraphicus (Centil. par. 1. sect. 7.) cum modum perpendens ita scribit: *Vincibilis ignorantia, alia potest removeri cum magna difficultate, ut in valde hebetibus: alia potest removeri cum facilitate, ut in ingeniosis.* Igitur ignorantia erit dicenda *supina*, quando potest esse facillime superari: *crassa* vero ubi non ita facile vinci potest. Ceterum, quotiescumque ignorantia non affectata comparatur & opponitur affectatae, ut scilicet invicem differantur homines, qui studiose volunt nescire, ab aliis, qui per negligentiam non volunt scire, ut loquitur laudatus Angelicus; tunc citra religionem ullam licebit cuique non affectatam ignorantiam vocabulis seu *crassa* seu *supina*, pronuntius designare; quia & crassa & supina ad eos referuntur, qui per negligentiam non volunt scire.

198. Tandem, præter divisiones ignorantiae, quas ex triplici diverso adspetui obiecti, actus, subiecti, detumptas hæcenus recensuimus, observanda hæc alia, quæ singulis illis accomodari potest: nimirum ignorantia vel *habitualis* est, vel *actualis*. *Habitualis* denotat necessariae scientiæ defectum permanentem in homine iustarum habitus fixi, quæ est in pluribus plebeis ac rusticis, qui cum catechismis, concionibus, & aliis instructionibus audire negligunt, aut studiose desunt; unde ad ætatem virilem aut etiam senilem deveniunt ignorantes ea, quæ dei sunt, falsisque præiudiciis detenti circa proprii status officia. *Actualis* vero importat carentiam illius dumtaxat considerationis seu circumspetionis, quam homines habere debent, quoties quidpiam operantur, eaque potest occurrere etiam in doctis viris, qui licet intellectum habeant habitibus scientificis exornatum, non idcirco tamen ab omni evagatione animi, incuria, torpore, præcipitanti innumes sunt. Postterorem istam vocat Angelicus Doctor (1. 2. q. 6. art. 8.) *male electionis*, inquit: *dicitur voluntaria ignorantia etiam hoc modo, cum aliquis actu non considerat, quod considerare potest, & debet: quæ est ignorantia male electionis, vel ex passione, vel ex habitu protervitate.* Talis fuit ex. e. in Lamecho suppedit Seraphicus, dum scribit (Spec. animæ c. 3.) *Lamech, qui putavit occidere fratrem, & occidit Cain, non excusatur.* Proprie loquendo, & iuxta præsentem Scripturam moralium usum, sola habitualis dicitur simpliciter ignorantia, actualis autem vocatur inadverteat, inconsideratio, oblivio.

198. *Ultima ignorantia dividitur in voluntariam & involuntariam, quæ voluntaria dicitur, quia voluntate non affectata est, & involuntaria dicitur, quia voluntate affectata est.*

199. Secundo, quod spectat ad alterum supremum capitulum (n. 189.) eorum, quæ de ignorantia possunt investigari, nimirum an & quomodo voluntarium & involuntarium vel ipsa participet, vel in actiones ex ipsa procedentes relaxata; apud catholicos Theologos nunc est indubitatum, aliquam ignorantiam, cum quidem est culpa vacare seu undique versum, seu ex parte tantum. Primum tuncur contra Lucheranos, Bajanos, Janenitas, alioque Novatores, qui invincibilem etiam ignorantiam rerum ad morum honestatem, æternamque salutem attentum iudicant culpabilem; eo scilicet falso principio ducti, quia quæ modo a nobis deest, nescit ignorantia, censetur olim fuisse voluntaria in Adamo (n. 128.). Hinc damnatæ ab Alex. VIII. hæc duæ propositiones ab illo venenatæ fonte fluentes. *Hæc est detur ignorantia invincibilis juris nature, hæc in statu nature lapsæ operantem, ex ipsa non excusat a peccato formalis (ord. 2.) Homo debet agere tota vilitate sententiam pro culpabilis peccato originali (ord. 19.) Alterum idem Theologi sultinent, contra Pelagium, Caspelli, & alios, eorumque reliquos, qui prædictarum rerum ignorantiam quoniamvis vincibilem arbitrabantur prolixius innoxiam, eo quod dempto peccato originali, quod ipsi negabant, secundum necessitatem magis, quam voluntatem esse videtur, quidquid ex ignorantia perpetratur. Utrumque extremum errorem elidens paucula hæc De Augustini (1. 3. de lib. arb. c. 18.) verba: *non tibi deputatur ad culpam, quod invitus ignoras sed quod negligis quaerere, ignoras.**

199. *In hæc ignorantia dividitur in voluntariam & involuntariam, quæ voluntaria dicitur, quia voluntate non affectata est, & involuntaria dicitur, quia voluntate affectata est.*

200. Eiusmodi communis doctrina de ignorantia partim inculpabilis, partim culpabilis fundidit; ignorantiam hæc habere partes circa voluntarium, ut illud per vicia sui indole nunc perimat omnino, nunc extenuet, nunc intactum relinquat, quippe apud omnes pariter in confesso est, rationem culpa in humanis actibus mensurandam. Iteundum rationem voluntarii. Quæ ut minus nostrum hic expleverunt, ita etiam declaratur, quoniam modo ignorantia vel sit ipsa reatus vere culpabilis, vel reatus ejusmodi in actiones humanas inducat: exinde enim velut a postteriore, ut ajunt Logici, pronum erit colligere totum id, quod ignorantia esse

200. *Quia dicitur, quæ voluntaria dicitur, quia voluntate non affectata est, & involuntaria dicitur, quia voluntate affectata est.*

affiones ex ipse facta iudicatur culpabilis vel non culpabilis, colligendum a peccatum ipsam esse vel non esse impudendum voluntarii.

203. Affignatur regula uoluntaria, cuius quod dicitur potest esse generalis uoluntaria.

204. Reseruat in eo de bono uariis partibus dicitur canonicis

potest relate ad voluntarium. Ideo uero culpabilem reatum attribuitur foris tum ipsimet ignorantie, tum actionibus ex ea productis; quoniam ut Seraphicus notat (Centil. part. 2. sect. 2.) aliud est peccatum ex ignorantia, aliud peccatum ignorantie: peccatum ignorantie est omnis debita scientia; peccatum ex ignorantia est peccatum, quod committitur ignoranter. Ceterum de reatu seu peccato ipsius ignorantie proprius erit locus loquendi in sublequenti tertio capite, ubi naturam moralem ignorantie pertractabimur; impraesertimur inquituram dumtaxat culpabilem reatum actionum, que committuntur ignoranter.

201. Porro in tali inquisitione illud inconcussi principii loco tenendum, quod iuxta superiorem obseruationem nostram (num. 199.) Seraphicus inculcat (spec. Anim. c. 3.) nulla ignorantia potest habere rationem peccati, nisi ex negligentia oriatur, ut dicit Augustinus: non tibi deputatur ad culpam etc. Unde qui de salute sua diligens est, per ignorantiam damnari non potest; quia si in eo ignorantia esset, inuincibilis esset, que excusat omnino: ignorantia igitur, que peccatum est, adeoque actiones etiam culpabiles reddit, ex negligentia oritur. Hoc positum, iam compendiaria via de quauis ignorantie specie poterit quis iudicare ac decernere, utrum culpabilis sit necne, & culpabiles itidem actiones ex ipsa procedentes. Videlicet unica cura erit peruidere an ignorantia ortum habuerit ex negligentia, seu an uincibilis fuerit, uel inuincibilis. Etenim, cum illa ignorantia diuiso ceterus dicitur desumi ex parte subiecti huius agentis (num. 195.) quatenus proxime respicit uoluntarietatem ac moralitatem actionum eius, palam est ipsam reliquas omnes ignorantie diuisiones in se complecti, quantum ad presens negotium attinet.

202. Hinc itaque gradum facimus ad stabiliendum, ejusdem negotii expediendi causa, hanc generalem regulam. Ignorantia seu juris facti, seu antecedens seu concomitans, seu cuiusvis alterius speciei, ubi reuera est inuincibilis, reddit actiones absolute inuoluntarias, adeoque a culpa prorsus immunes. Contra uero, ubi ignorantia est uincibilis, tunc ea non impedit, quominus actiones censentur absolute uoluntarie, & culpabiles: quamquam in hoc casu maior uel minor possit esse culpa iuxta uarium ipsius ignorantie reatum; que fuit in causa car actiones hanc sequentur. Musimodum regula quoad ambas partes iamdiu ab Anglico Doctore fuit conuenienter, ac deinceps communi Moralium Scriptorum calculo firmata: sic enim ait (1. 2. q. 76. ar. 3.) Ignorantia, que non est causa actus peccati, quia non causat inuoluntarium, non excusat a peccato. Sed ignorantia, que est causa actus; que causat inuoluntarium, de se habet, quod excusat a peccato. Quod ignorantia aliquid quando non totaliter excusat a peccato, potest contingere ex parte ipsius ignorantie, quia scilicet ipsa ignorantia est uoluntaria uel directe, uel indirecte, adeoque quia est ignorantia uincibilis. Si uero sit talis ignorantia, que omnino sit inuoluntaria, scire quia est inuincibilis, prope quia est eius, quod quia scire non tenetur, talis ignorantia omnino excusat a peccato. Apud Seraphicum quoque (in 2. sent. dist. 40. dub. 3. & in 4. sent. dist. 16. par. 2. ar. 2. q. 1.) similia reperies.

203. At (opponet fortasse aliquis) si ignorantia inuincibilis facit actionem inuoluntariam, & a culpa immunem, ergo actiones omnes ex necessitate absolute producte, que pariter culpa vacant, dicendae erunt inuoluntarie simpliciter: hoc autem plane absurdum, quod possit uoluntarie, immo libenter fieri etiam quod necessarium sit, ut liquet de amore, quod nos hic beatitudinem aut bonum in genere amamus, & Sancti in caelis Deum diligunt. Nec praestabilitam generalem regulam, esse ditiones in ea positas, ualens uariare mihi fas est; quandoquidem, ut iam ostensum, meae non sunt, sed Magistrorum omni exceptione maiorum, atque communem in Moralium scholis athenum obtinent: quo quidem nihil ualidius teste Aristotele (lib. 10. Ethic. c. 6.) potentissimum probationis genus uocatur, confessum omnium testimonio posse probare. Itaque meum dumtaxat erit, communem doctrinam a proposito difficultate liberare tali pacto. Necessitas absoluta agendi in se peccata tollit ab adu culpam, quia cum electioni ac determinationi propriis agentis locum non relinquat, libertatis usum impedit, qui ad peccandum requiritur: non tollit uero uoluntarietatem, quia neutrum eorum, que uoluntarium constant, nempe intellectumque cognitionem, ut intimum uoluntatis inclinationem, destruit. Sed ignorantia cum sit cognitionis privatio, directe eliminat unum, sine quo uoluntarium nec esse, nec concipi potest, ut ceteris iam dictum est: igitur actum ignoranter factum reddit inuoluntarium, adeoque a culpa immunem.

204. Affignata regula generalis, quamuis optima ac uerissima, contenti non sumus; ad uberiorem clarioremque notitiam placet, e ueligio referre plures diligenter asserctiones Seraphici Doctoris, que sunt ueluti particulares canones respicientes unamquam-

quamque speciem ignorantie expressam in tot diuisionibus (in 109. & seq.) iam delineatis. Prima igitur sit (Centil. part. 1. sect. 7.) ignorantia negationi excusat a toto: ignorantia priuationis excusat a parte, non a toto: ignorantia a parte dispositioni excusat in toto, quia peruersam sequitur uoluntatem. Secunda ibid. sect. 25. ignorantia facti duplex, aut addebita debita diligentia, & hoc excusat a toto: aut non addebita debita diligentia, & hoc excusat a tanto, & non a toto. Tertia (Cent. anim. cap. 3.) ignorantiam iuris naturalis nullus excusatur, quin peccet, sciendo contra legem naturalem. Jus naturale appellatur illud, ad cuius cognitionem potest homo per naturalia attingere; qui tale quid ignorat, hoc est ex negligentia contingit.

205. Quarta (ibid. in Spec. anim.) Circa ignorantiam iuris diuini, scilicet mandatorum Decalogi, & articuloꝝ Fidei, haec ignorantia est mortalis, quia in potestate cuiuslibet est hoc scire, & a lege naturali derivatur. Quinta (Cent. sect. 7.) Ignorantia Legis, Prophetarum, Euangelii, & Doctrinae Apostolicae, excusat sicut de magno, & mortali delicto Praelatos, maxime Episcopos & Metropolitianos, qui tenentur de Fide, & spe reddere rationem. Accusat sicut de uenialibus Clericos simpliciter & illiteratos, qui cum possissent discere, noluerunt. Latos uero in nullo excusat, quia ad ipsos non pertinet, dummodo non contemnant. Quilibet postquam hanc partem regulam cum prima eisdem parte, & cum quarta uoluntaria regula contulerit, non poterit suspicari, Seraphicum exemisse laicos homines ab omni obligatione cognoscendi Diuinae Legis. Distinguit simpliciter rerum diuinarum ueritatem laicis necessariam a cognitione scholastica Ecclesiasticorum, ex quorum ore Populus legem requirit solet; & conciliabiles praedictas reuocat. Non quaeuis promiscue cognitio proprie scientia reputatur: ex hisce enim Pelagiana (epist. 430. ad Ophelium) hoc uerum est scire, rem cum & propter causas scire.

206. Sexta (ibidem in Spec. anim.) Circa ignorantiam iuris positioꝝ, nempe humani, quilibet illis, que pertinent ad officium suum, & de iure positio sunt praecipua, scire tenetur; & talium ignorantia est mortalis. Septima (Cent. dist. sect. 7.) si est ignorantia legum, & decretorum, puta civilium, solum iudices excusat. Si est ignorantia iuris continentis morales, constitutiones Ecclesiasticas, ad discernenda peccata, excusat Sacerdotes, & Confessores. Octaua (Centil. sect. 7. & 25.) Ignorantia causa seu supina non excusat a toto, sed a tanto: sed est aliquo modo excusat, non tamen sic excusat, quin aeterno igne ardeat, sicut dicit Augustinus. Nona (ibidem in Centil.) Ignorantia officiosa excusat potius, quam excusat; seu ex una parte excusat, & ex alia magis aggravat: quod sic explicat Richardus de Mediavilla (in 2. Sent. dist. 22. ar. 2. q. 3.) Afflicta ignorantia peccatum non tollit, nec excusat in aliquo, omnibus peccatis; quia si excusat, in quantum est ignorantia, tamen aggravat in quantum est uoluntaria: ex magna enim intentione uoluntaria ad peccandum procedit, quod homo uelit ignorare, ut liberius peccet, cum omnes homines naturaliter scire desiderent. Decima (Centil. sect. 7.) Ignorantia uincibilis, que potest remoueri cum magna difficultate excusat a tanto, sed non a toto: que autem potest remoueri cum facilitate, non excusat.

207. Ex dictis satis euidens, singulas ignorantie species reuocandas ad uincibilem & inuincibilem, ubi agitur de exploranda moralitate, & imputabilitate actionum ignoranter factarum. Porro plurimi morales Theologi aetatis recentioris ad utramque hanc ignorantie speciem discernendam criterium istud assignare solent. Quoties in illis circumstantiis quibus homo operatur, nulla ratio, nullum dubium, nullus scrupulus occurrit de precepto legis; tunc ignorantia est inculpabilis, cum in ea hypothese uinci nequeat: ubi uero animo agentis sese obtulit aliquo ratio uel dubium uel scrupulus, tunc est culpabilis, quia uinci potuit; tenebatur quippe agere in eo casu sufficientem adhibere diligentiam secundum prudentiam, & circumspectam ad perferendam illam rationem legis. Verum eiusmodi regula, uti uerificabilis quoad secundam partem de culpabili ignorantia, in prima tamen parte de inculpabili non uidentur adaequata, ac tuta satis. Nam inculpabilem & inuincibilem aliter uidentur aliquam, praesertim quia homo ignoranter operans nullam in seipso excipitur cogitationem seu dubitationem de lege uetate illam operationem, atque de periculo peccandi: id minime coheret cum gemina notione talis ignorantie, & cum doctrina Angelici, Seraphici, aliorumque sanctorum Ethices Magistrorum. Hi enim ad ignorantiam uere inuincibilem maxime requirunt, quod sit omnino inuoluntaria, & non sit introducta per praesumbalam culpam seu negligentiam in adhaerentibus rebus necessariis, seu actionum, quae cognitioni ac discretioni ad operandum necessarias impedito sunt. Ex quo sequitur, ignorantiam in ea regula indicatam, non absolute, sed aliquatenus, tantum inuincibilem esse inculpabilem.

offendentes quam scilicet ignorantia rationis sit ad inuincibilem ignorantiam; adeoque quidem praesertim circa uoluntarium.

208. Praestitit canones de ignorantia de iure.

209. Ad idem reuocatur regula generalis, que Moralibus primum monuit discernendam ignorantiam inuincibilem & uincibilem.